

Alte Drucke

**MEMORIA, || CONSPICVI PIETATE || AC OMNI VIRTUTE ET
DOCTRI-||nâ viri Dn. IOHANNIS LEUDENRADI ci-||vis
Kirchainensis primarii, qui die Palmarum || ...**

Kirchner, Hermann

Marpurgi, 1590

VD16 ZV 30717

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148770

6. ~~X~~

MEMORIA,
CONSPICVI PIETATE
AC OMNI VIRTUTE ET DOCTRINA
viri Dn. IOHANNIS LEUDENRADI ci-
vis Kirchainenſis primarii, qui die Palmarum
diem ſuum obiit, & in cœleſtem civitatem,
incredibili ſui deſiderio apud amicos
& cives relicto, commi-
gravit

ANNO 1710 LXL.

CONSECRATA CLARISSIMORVM ET DO-
ctiſſ. virorum calamo.



Marpurgi, apud Paulum Egenolphum.
M. D. LXXX.

MEMORIA

CONSPICVI PIETATE

OMNI VIRTUTE ET DOCTRINA

JOHANNIS LUDWIGI

STRECHENII PRINCIPIS

ALUMNI

INCOLLEGIUM CIVICUM

INCEDEBILI IN DEUS APUD AMICOS

& CIVIS

ANNO 1671

CONSECRATA CLARISSIMORVM ET DO

CTORVM



MARTINUS LUDWIGI

1671

ELEGIA DE OBITV VIRTVTE AC
ERVDITIONE CONSPICVI VIRI IO HANNIS

Leudenradii, cognati & ex forore nepotis sui prædilecti,
in ipso die Palmarum piè defuncti.



St hæc principio Mundo lex dicta perennis,

Nasci, denasci, crescere, decidere.

Nam quæcumq; homines patulo mirantur in orbe,

Alternis variant, funditus aut pereunt.

Sic sol æthereus cadit, & sic luna senescit,

Et vario motu sidera & astra cadunt.

Ær mutatur, nec semper permanet idem,

Pars abit in ventos, pars pluuiasq; ciet.

Flumina si spectes, aliàs perijisse videbis,

Aut aliàs cursus instituisse suos.

Quin ac ipsa labat tellus & sæpè tremiscit,

Flumine corrupta, aut igne subacta graui.

Ergo si quando conueri elementa necesse est,

Annè putas homines posse subinde mori?

Scilicet est homini sua cuiq; tributa iuuentus,

Est aliud robur corporis, est senium.

Incipit hic etiam, crescit, pro tempore floret,

Moxq; leni morbo florida forma perit.

Imperat hic mox atq; potens consurgit in altum,

Ille cadit, seruit, rursus uterg; jacet.

Vsq; adeò in gyrum fatalem cuncta recurrunt,

Et nihil in toto permanet orbe diu.

Ergò nunc etiam quod mi cognate recumbis,

Et velut in medio flore resectus obis:

Natura id iussit lex inuiolabilis illa,

Flectere quam lachrymis non valet ullus homo.

Dignus eras equidem, cui non tam seua repentè

Rupisset vitæ stamina Parca sua.

Ob varias animi dotes virtutis opesq;

Quis fueras multis gratior vsq; viris.

*Vi locuplestibi testis adest Hirsfeldica turba,
Cognita cui tua sat vita modesta fuit.
Crede mihi secus haud Ecclesia dicet & Aula,
In qua pergratus notus & hospes eras:
Venit enim cunctis ingratus nuncius ille
Mortis, & hinc casum condoluere tuum.
Nec dubito quin sit dictura hoc patria chara,
Cui magnum poteras viuus adesse decus.
Ast ea non curat se vi inclementia fati,
Nil doctrina iuuat, nil iuuenile decus.
Nec curat lachrymas suspiriaq, alta parentum,
Coniugis & nihili tristia vota facit,
Dimidium vitæ decus & solamen amicum
Queis fueras, heres solus & unus honos.
Ah utinam patriam non tam properanter adisses,
Longius Hirsfeldæ & vita peracta foret.
Spes foret uxori & proli te viuere posse,
Atq, tuos ad nos sæpè referre pedes.
Id quod firmarat tua nobis dextra fidesq,
Kirchainæ presens cum tibi nuper eram,
Teq, tuosq, domi summo cum gaudij honore
Festa puerperij conceleberrare videns.
Proh dolor at longè spes nostra fefellit utringq,
Propositum nostrum disposuitq, Deus.
Qui cunctis vitæ spatium præfixit in orbe,
Quod non ullus homo præterisse valet.
Et verò satis est etiam vixisse putandus,
Qui vitam exactam clausit honore suam.
Astripotens siquidem quem diligit atq, tuetur,
Hic facit ut iuuenis decidat ante diem.
Tamq, diu miserum non vult superesse malignis,
A quibus insidias invidiamq, ferat.*

Ergò quid immodicè defuncti funera nati,
Chara soror, plangis sic lacerasq; comas?
Mortalem nam te natum genuisse reuoluas;
Nominis ast eius fama perennis erit.
Quin facis atq; modum mæsta Elisabetha doloris,
Et nimio cessas imbre rigare genas?
Non etenim ereptum potis es revocare maritum,
Vel si perpetuis fletibus ora riges:
Desi nitoterogo, nil prodest ethnicus ille
Planctus, at exiccat languida membra magis.
Nec defunctorum fas est turbare piorum
Gaudia ploratu nocte dieq; gravi.
Immò sic potiùs vitam traducite vestram
Mutua amicitia cumq; timore Dei.
Vt non amisisti, sed qui præmissus ad astra est,
Positis nati cernere & ora viri.
Interea Socrum sic perge decenter amare
Chara mihi affinis, sit pater atq; socer.
Nil deërit, mihi crede, tibi, nec bina relinquent
Coniugij vestri pignora chara sibi.
Quo namq; affectu perchari viscera nati
Possent deserere & te redamare minùs?
Anna Maria patri charissima filia quondam
Cur non possit aui flectere corda sui?
Quin & Landani restant tibi semper amici,
Qui quoq; consilio teg; tuosq; iuuant.
Quæ reliqua est, vestram Christo committite curam
Pupille & vidua vult is adesse pater.

L. Lucanus D. Abbatiae Hersfeldia-
nae Consiliarius.



*ELEGIA LAMENTATORIA, ANNUM, DIEM
& mensem obitus docti & honorati viri Joannis Leutenrath
Kirchhainensis continens.*

Mæonia lacrimate deæ, lacrimate sorores,
Decessit vestri cultor amansq; chori.
Lanus enim huic notas herbas tot sæpè rigavit,
Xanthus quot silices vix vehit amne leues.
Vana sed aduersus mortem medicina paratur,
Versaq; in auctorem Pæona sæpè ruit.
Vera tamen stygii præstò sunt pharmaca lethi,
Viuificus Christi sanguis & Arra Dei.
Vitali cui noster adhuc dum vescitur aura,
Vixit, & hinc fidei commoda magna tulit.
Sex vt lustra vagus vitæ compleuerat orbis,
Ac trimus dederat pignora bina thorus:
Fronte polum torua Taurus spectabat Eoum,
Aurigæ sursum crura sinistra leuans:
Hic vbi Kirchayni non ardua mœnia surgunt,
Attulit huic subitam febris anhela necem.
Quàm thalami charus sociæ, quàm vtriq; parenti
Extiterit, luctus sat gemitusq; notant.
Quàm cunctis charus, tristes testantur amici,
Et desiderii dant documenta pii.
Quàm quoq; dilectus fuerit mihi, certior ipse
Sum testis, vetat heu plura referre dolor.
Sed magis ille Deo charus, qui morte solutum
Transtulit ad superi regna beata poli.

*Constantinus Faber Ecclesiæ Hersfelden-
sis capitularis.*

**EPICEDION IN OBITVM ET HONOREM VI-
ri perdocti ac verè candidi, domini IOANNIS Leutenrathij Kirch-
hainensis piæ recordationis atq; affinitatis ergò scriptum à
CASPARO GVALTHERO.**

Sat candor tuus & pietas innotuit ingens,
Terrena laudis sat tua vita tulit.

Ergo diuina suspiras culmina sortis
 Ingressus rutili celsa theatra poli.
 Militiæ species vita hæc est: inde triumphus
 Nos, cum mortis erunt vincula rupta, manet.
 Terminus est vita terrena cœlica vita,
 Vita mori Christo quid nisi nostra fuit?
 Maturè moritur vel quouis tempore quisquis,
 Quantumuis iuuenis cœlica tecta subit.
 Ergo quid est tibi nos cur inuideamus honorem,
 Ac sortem cœli colloquiumq; Dei?
 Enituit nobis tua virtus: largior illa
 Angelicæ demum munera lucis habet.
 Virtutis nostra terris vix emicat umbra,
 Quæ veluti cœlo mixta Smaragdus erat.
 Te non ira Dei traxit, sed gratia vexit:
 Quos amat, hosce Deus pro bonitate vocat.
 Ast cur non plangant, lachryment, plorènt ve parentes?
 Quorum tu proles unica morte cadis.
 Seq; domumq; suam semper cumulosq; bonorum
 Credebant tibi, quos spe meliore foues.
 Cur tua non coniunx natibus iuncta duabus
 Singultus moueat, collacrymetq; pia?
 Te socium vitæ concordem nacta, nitebat
 Per te laude quidem diuitijsq; satis.
 Affines per te plures conspexit honores
 Conspicuos animis, conspicuos opibus.
 Accendit genus omne suum tangitq; dolore,
 Quod pariter queritur fata doletq; tua.
 Scilicet huic generi tua gens coniuncta iugali
 Tadarum nexu prospera fata tulit.
 Virag; gens Lucana & gens Landaua coiuit:
 Virtutis prisca tangit utramq; decus.
 Copula coniuncta gentis tamen usq; manebit,
 Atq; tua minime morte labascet amor.
 Alter erat nexus tædæ fundamine nixus,
 Quo retinetur amor iunctus, itemq; manet.
 Te ciuis noster luget tua fata gemendo,
 Quem tibi conciliat vita fidesq; tua.

Occidit

Occidit ille, inquit, quem candor plurimus ornat;
 Qui placuit vita simpliciore modo.
 Inuitus linguis veluti tu mœnia nostra:
 Inuitus sic te ciuis abire finit.
 Verum seu pater & mater, seu casta marita,
 Seu genus & ciuis fletibus ora riget,
 Arbitrio nutuq; Dei fieri omnia constat:
 Contra quis staret fata stupenda Dei?
 Mors subeunda semel: nos viuimus ut moriamur:
 Non aufert, differt sed sua fata senex.
 Qui iuuenis moritur vel mille pericula vitæ
 Euitat properans scandere tectæ Dei.
 Quiq; senex moritur vel mille pericla subivit,
 Vix serò cernens cœlica templa poli.
 Heredem cœli te progenuere parentes,
 Heredesq; tuos te moriente vident.
 Uxoris gemitum nomen componet honestum
 Per te quo fruitur, res & opima satis.
 Atq; tuæ stirpis perhonesto nomine turbæ
 Haud dubiè tali se ratione levat:
 Inter quod flores alios tu sanguinis, ortu
 Te planè dignum candidiore probas.
 Ortu dignus eras, seu patria stemmata spectem,
 Seu matris plures connumerentur avi.
 Et benè apud ciues veteris stat gratia nostros
 Candoris iuncti cum pietate tua.
 Nunc desiderij solando flebile nostrum
 Cessabit studium: luctibus esto modus.
 Pars tua nobilior per cœlica regna triumphet
 Digna quidem vultu colloquioq; Dei.
 Ceu granum terræ, tua corpora mixta quiescant,
 Ut quondam surgant flore decora novo.
 Exequijs sic Musa tuis mea grata parentat,
 Non laudem captans: gratia causa fuit.
 Principe cum nostro Ludouico sydera calca:
 Cuius ero semper cum pietate memor.

NAENIA

ÆNIA IN OBITUM DOCTISSIMI AC SINGU-
lari pietate virtutibusq; adeo omnibus ornatissimi viri Dn. Iohan-
nis Leidenrodi civis Kirchainensis pia morte ex hac vita in
æternitatem cælicam evocati.

Nascitur in vacuum spes læta cucurbita Ionæ:
Nascitur, & cum iam nascitur, iæta perit.
Ringitur, ac umbræ queritur dispendia vates:
Atq; ô fallaces spes, ait ille, meas.
Spes ô fallaces humana, dicite, vitæ,
Quis Leidenrodi vita suavis erat.
Namq; umbræ non damna levis lugemus in illo,
Qui velut umbra levis, factus & umbra, perit.
Qui, dum vixit, erat rosei velut umbra vireti:
Indignus fieri flebilis umbra rogi.
Vita quid est hominis, nisi fluxa cucurbita & umbra:
Dum spe cum summa stare videtur, abit.
Iam pietatis erat maturas cernere messes:
Cernere iam studii dona petita fuit,
Leidenrode, tuæ quibus ardua culmina mentis
Florebant, oculis dulcè videnda piis.
Vt seges in medio succisa vigore (dolendum)
In medio vitæ, ceu rosa, flore cadis.
Heu cadis: & pietas non est tua funera contra
Vtile, quæ cunctis utile rebus habet?
Heu cadis? & medicos nil prodest scire liquores,
Nil prodest herbas addidicisse bonas?
Heu cadis? Ac hominum frustra te gratia tanta
Clarorumq; virum stipat inane favor?
Nil tibi Lucanis de stirpibus expedit orto?
Landauii generum nil iuuat esse Patris?
Heu quas in lacrimas præsens me lacruma ducis,
Landauii Patris ut mentio mente redit?
O pater hic patriæ & veræ Ludouicus egenæ
Plebis: hic æterno rore dolendus erit.
Quæ (dolor) indignos nos tanto principe culpa
Fecit, & hoc citius vexit ad astra caput?
Quis Stygis inuidit populis hoc principe liuor
Ociosa? quàm Musis inuida Parca fuit?

Reverendissi-
mus Princeps
Ludovicus &
Abbas Hersfel-
denfis.

B

Credi-

Crediderim virtutis opes, hoc principe cunctas
 Emoriente, facem deseruisse suam.
 Crediderim liquisse solum, comitesq; sub astra
 Principis extincti manibus ipse piis.
 Vsq; adeo tenebris Hersfeldica culmina squalent:
 Infula nec solito cruxve decore rubet.
 Virtus & pietas erat, hoc sub Principe, princeps,
 Qui virtutis amans, huic & amatus erat.
 Virtus & pietas tibi, Leidenrode, favebant:
 His poteras opibus Principis esse gener.
 Virtus & pietas alios quoq; fecit amici,
 Et fecit soceri Principis ore frui.
 Principis esse gener generi non indecor illi,
 Leidenrode, bonis iure putatus eras.
 Lucanoq; tuum de stemmate stemma profectum
 Principis hac dignum proximitate fuit.
 Stirpis apex luci Lucanæ concolor altæ:
 Quis fratres nescit, sidera docta, duos?
 Flebilis ambobus tua, Leidenrode, ruina:
 Flebilis agnatis: Landavioq; Lari.
 Flebilis, heu, nimium, citò quæ viduata, maritæ:
 Heu nimium soboli flebilis usq; tuæ.
 Noscere quæ patrem, quæ cum vocitareq; patrem
 Incipit, amittit, cui modò nata, patrem.
 Tanta cruentatæ furit inclementia Parcæ:
 Filiolis, eheu, uber ab ore rapit.
 Christe, tuere, pater, viduas ac orba parente
 Pignora: felices, quos pater ipse foves.
 In patre mortali nequit anchora fixa teneri:
 Olla sumus: levibus tactibus olla perit.
 Patrimus, matrimus obis, pater ipse, facisq;
 Pupillos opitres præcoce morte tuos.
 Hæc adeo fato duri placet alea ludi:
 Hos viduos, orbos, hos opitresq; facit.
 Si per fata queant, pro nato fata subissent,
 Mater, tum vitæ prodigus ipse pater.
 Claudī sub digitis optabant lumina patris
 (Sic oculos patribus claudere dulce) tuis.

Crux rubea in-
 signe Abbatis
 & civitatis
 Hersfeldensis.

Leydenrode
 principis Ludo-
 vici gener, du-
 cta ipsius ex fra-
 tre nepte Elisa-
 betha Landavia
 filia adoptiva.

DD. Dn. David
 & Laurentius
 Lucani, quo-
 rum ille illust.
 principis Ludo-
 vici Hassiæ: hic
 reverendiss.
 principis Hers-
 feldensis Con-
 siliarius.

Heu superesse tuo coguntur uterq; sepulchro:
Contra naturam talia fata voces.
Quid loquor? humanæ naturæ debita mors est:
Debita, seu citior seræve, iusta venit.
Mors cita, non mors est, veluti mors dura putatur,
Quos amat, hos citiùs vectat ad astra Deus.
Cum vocat è Sodoma Lotum Deus: ocyus, inquit,
Effuge, ne præceps ira nocere queat.
Cernimus, ut vacuent hæc diversoria terræ,
Et properent, veluti messe vocante, pii.
Quid monet hoc aliud? quàm quod monuere coloni:
Transplantant alio cum bona ligna solo:
Degeneres sterili linquunt in iugere truncos:
Vt simul indignos flamma parata voret.
Nescio quis superis oleat de sedibus ignis:
Ignis in exitium flammeus orbis olet.
Felices igitur, quos eripit ante procellas,
His dici verè parcere Parca potest.
Deferis ante diem, bone Leidenrode, virilem,
Sed ne pœniteat deseruisse solum.
In precio pietas antiquo nulla: Gomorrhæ,
Quam nunc quaq; vides, talis imago fuit.
Digna polo pietas tua, terrâ indigna scelestâ:
Cœlestes citiùs dignus inito domos.
In terris superesse juvet, quæ postuma viver,
Famam: sit famæ littera præco tuæ:
Inq; tuis tumulis hæc fixa tabella legatur:
Nomen ab immemori vendicet illa situ.
Ante pedes lapidem, lector bone, cerne sepulchri:
Cernis, ut è lacrumis pænè sit ille cavus.
Depositas tenet hæc sacrata favilla favillas,
Ac Leidenrodi contegit ossa viri.
Si virtutis opes, & apex pietatis haberet
Contra funereum robora viva rogam.
Hunc pietate virum videas virtute perennem,
Dixeris indignum præcoce morte rapi.
Præcoce morte piæ pius est à coniugis osclo,
Ac sobolis tenero raptus ab ore rudis

Nil mirare pias vitas breuiore teneri

Stamine : quos adamat, ducit ad astra parens.

Sive viator eris, caput hoc lugebis ademptum ;

Ille viatori, Lotus ut , hospes erat.

Incola seu fueris, civem lugebis ademptum,

Illic contiguas quisq; petebat opes.

Hermannus Kirchnerus Musæ & Astree deditus in

Helicone Hæſtico F.

45 50

NAENIA LVGYBRIS IN PIVM EX HOC MI-
seriarum statu discessum ornatis. & omnium virtutum choro
præeminentis viri Dn. Ioannis Leudenrodii Kirchainenſis,
amici sui, dum in vivis degeret, & affinis opti-
mi & chariſſimi.

Integer vir, & probitatis alma;

Laudibus claris celebris reliquit

Hunc statum vita miserum, obsecutus

Cunctipotenti.

Diceres : Annon aliud vigentis

Huius ætatis ratio ferebat ?

Imò : diversum ipsæ Dei canebat

Iusta voluntas.

Sena vix dum lustra gerens petebas

Tecta cælorum pietate plenus :

Haud resistens Lachesis resolvit

Stamina vitæ.

Ille condignus meliore feto

Utilis nobis potuisset olim

Esse, sed lucem fugit, ut caveret

Pessima secula.

Ut tuus candor mihi, vir, placebat,

Chære : sic oblivio nulla mores

Integros delet solitos tuos, dum

Vita supersit.

M. Eleasar Cnefelius prædottibz Hersfeldenſis moderator.

45 50